

IOANNIS
MALDONATI
ANDALVSII
SOCIETATIS IESV
THEOLOGI

46572

COMMENTARIORVM
IN QVATVOR
EVANGELISTAS.

Tomus II.

IN LVCAM ET IOANNEM.
AD SERENISSIMVM LOTHARINGIÆ DVCEM.



MOGVNTIÆ,

Smptibus Hermanni Mylij Birckmanni,
Typis verò Balthafaris Lippij.

Cum Gratia & Priuilegio Sacrae Cæs. Maiest.

M. DC. XI.

Dr. José Yg.º et Sarrañó.ºº.





1080046381

ITANATI
SOCIETATIS IESV
THEOLOG
COMMENTARIORUM
IN QVAVOR
TOMVS II
M. DC. XLII



SERENISSIMO
PRINCIPI CAROLO III.
CALABRIÆ, LOTHARINGIÆ, GELDRIÆ, ET
BARRI DVCI, &c.

MVSSIPONTANÆ ACADEMIÆ
THEOLOGI SOCIETATIS IESV,
SALVTEM IN EO, QVI EST
VERA SALVS.



ST hoc in vera Principum laude, DVX SERENISSIME, vt cum à suis beneficium accipere non possunt, tamen eorum erga se studiis delectentur, faciantq; humanitate & gratia, vt que officia fuerint maxime, beneficia suis se videantur. Vtq; adeo ingenuæ nobilitati altè insitum est bene de omnibus mereri, non despiciere fortunam tenuiorum, non effreni magnitudine gloriæ, dignitatè in eo ponere, non vt aliis fortuna copiâ, sed vt humanitatis laude antecellat! Et abundamus nos quidem in

hoc genere humanitatis Tuæ in re nostra domesticis exemplis & publicis, quibus nos quoad victuri omnes sumus, immo quoad nominis nostri memoria extabit, immortaliter Tibi, familiaq; Tuæ debemus; sed illa quæ intempestiua huic loco videri poterant, profiteri animo satis habuimus, commemorare idcirco oratione nolimus; quod beneficium qui alieno loco cõmemorat, gratiam omnem beneficij minuit. Illud huic rei propriũ est, quod cum superiore anno exeunte Maldonatus noster cum optimi sui operis parte Tua in Lotharingia, in hac Mussipontana Academia feliciter in lucẽ exiisset, nobis authoribus se suũq; opus Tibi detulisset, quod eo nomine Tibi debuit, quod in Academia Tua, Tuo beneficio posteritati natus erat, hoc Tu eius studio erga Te sic es liberaliter delectatus, vt quod in Te iustum officium fuit, videreris id in accepti beneficij loco numerare. Pro qua gratia Maldonatus ipse si is hodie viueret, qui Tibi olim est cognitus, tametsi erat eã modestiã, vt cum alij multa in eo pro suo quisque iudicio

dicio mirarentur, magnus ille eâ arate Cardinalis Lotharingus nihil se in eo plus quam animi demissionem mirari diceret, tamen tibi gratias ageret, putaretq; id sibi esse faciendum, vt quam maxima voluntate erga te opus integrum, quod altera iam parte cumulatam esset, tuo nomini offerri, tibi addici vellet Nullum esse cui absolutum magis deberet, quam cui institutum affectumque tam amicè & comiter placuisset. Quo officij genere suum hunc animum probare ipse non potest, hoc nos adeo de eius voluntate, communi erga te beneuolentia, tua atque illius virtuti persoluimus. Proferimus, qui excudendi supererant Euangelistas duos, secundis illos curis & vigiliis illustratos, sed quæ nihil metuendum sit, ne aut non primis respondeant, aut non præ illis laudabiliter secunda dici possint. Apparebunt ipsi in Tuo nomine, exstabuntque, & apud posteros, & in omnium gentium luce Societatis nostræ in te ac tuos obseruantia monumentum. Nec oramus iam, vt tibi grati sint, qui hoc nobis de humanitate Tua pollicemur, hoc confidimus fore, vt hæc opera alias euocet, neq; hinc finem huius Academicæ fructus Tuæ Celsitudini tuisq; inscribendi, sed principium ab hoc opere faciamus. Vale, Mussiponti Kal. Martiis. 1610. 10. XCVII.



PRIVI-

PRIVILEGIUM CAESAREAE MAIESTATIS
AD DECENNIVM.

RV DOLPHVS Secundus, diuina fauente clementia electus Romanorū Imperator, semper Augustus, ac Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, Sclauonia, &c. Rex Archidux Austria, Dux Burgundia, Stiria, Carinthie, Carniola, & Vriëberga. Comes Tirolis, &c. Agnoscimus ac notū facimus tenore presentiu vniuersis. Quod cū nobis humiliter exponi curarit Collegium Societatis IESV Mussipontanum editionem sese meditari Commentariorum Ioannis Maldonati, eiusdem Societatis IESV Theologi, in quatuor Euangelistas in duos Tomos diuisorum, idq; per Typographum Stephanum Mercatorem, qui nō leues in eandem editionem expensas faciat, vereri autem, ne, quod plerumq; in alijs libris est lucubrationibus fieri solet, alij Typographi hos commentarios quaesius est lucri causa sibi aut Typographo supradicto in fraudem imitentur ac venundent, nosq; proinde obnixorogarit, vt sibi ac Typographo iam ante nominato aut horitate nostra ac priuilegio aduersus eiusmodi amulationem ac fraudem satis cautum vellemus. Considerantes itaq; quam supradicti Ioannis Maldonati, cuius prestans ac rara in varijs disciplinis, praecipue vero in Philosophia ac Theologia doctrina, ac diuini numinis cultus religioque nobis, ac spectata fidei viris ministrisque nostris maiorem in modum predicatur, Commentarij Charistiano populo utilisq; ad pietatē excitandam peropportuni futuri sint, humillimis eiusdem precibus, tanquam acquisitis, annuentes, ex certa nostra scientia, animoq; bene delibato, pro auctoritate nostra Caesarea decreuimus, ediximus, statuimus ac vetuimus, quemadmodum vigore presentium decernimus, edicimus, statuimus, ac vetamus, ne quisquam Typographorum, Bibliopolarum, ac aliorum quancunq; librariam negotiationem exercentium pranarratos Commentarios per decennium, à prima editionis die computandum intra Sacri Romani Imperij, Regnorumq; Dominorum nostrorum hereditariorum fines similis aut alio quopiam caractere vel forma, siue in toto vel in parte recudere aut alio recudendos dare, vel alibi etiam impressos adducere, vendere, distrahere eue clam vel occulte, citra voluntatē & consensum praesati Stephani Mercatoris, suorumue heredum praesumat. Si quis vero secus faciendo priuilegium est interdictum hoc nostrum Caesareum spernere, negligere, aut transgredi conatus fuerit, eum non solū omnibus exemplaribus, perperam quippe excusis & adductis, (qua quidem supradictus Stephanus Mercator, aut heredes,

redes, eorumue mandatarij ubique deprehensa, vel propria auctoritate vel Magistratus loci illius auxilio sibi vindicare poterunt, de facto priuandum, sed et poena insuper decem marcharum auri puri, Fisco nostro Casareo fraudis vindicari et saepe sati Stephani Mercatoris, suorumue heredum et sibus ex aequo pendenda, decernimus irremissibiliter plectendum. Dummodo tamen idem Stephanus Mercator terna ad minus eorundem Commentariorum exemplaria propriis suis sumptibus quam primum ad Cancellariam nostram Imperialem transmittere teneatur, quatenus privilegio hoc nostro uti uoluerit, quod si neglexerit, eo ipso priuatus et exutus plane censeatur.

Mandamus ergo vniuersis nostris, ac Sacri Romani Imperij, Regnorumque et Dominiorum nostrorum hereditariorum subditis, cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut preminentie existant, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, praesertim vero iis, qui in magistratu constituti, vel proprio, vel superiorum suorum nomine et loco Iuris ac Iustitiae administrationem exercent, ne quempiam privilegium hoc nostrum Casareum, temere et impune transgredi aut violare patiantur, quin potius contumaces, si quos compererint, praescripta poena plecti, aliisq; idoneis modis coerceri curent: quatenus et ipsi eandem mulctam euitare maluerint. Harum testimonio litterarum, manu nostra subscriptarum, ac sigilli nostri Casarei impressione munitarum. Datum in arce nostra Regia Praga, die decima septima mensis Augusti. Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo sexto. Regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, Hungarici vigesimo quarto, Bohemici et idem vigesimo primo.


Rudolphus.

Jo. VV. Freymon.


Ad mandatum sacrae Caesareae
Majestatis proprium.

Io. Barnitius.

APPRO-




APPROBATIO FACVL- tatis Theologiae.

 VM sacra Theologiae Facultas iussu R. D. Rectoris congregata esset, audita relatione quatuor Doctorum, qui ex praedictae Facultatis decreto IOANNIS MARDONATI COMMENTARIOS IN QUATUOR EVANGELISTAS examinarunt, & testati sunt in iis se nihil erroneum, & fidei orthodoxae contrarium obseruasse; immo multa ad scripturam intelligendam, & haereses nostri saeculi refellendas, veramque doctrinam Ecclesiae confirmandam vtilissima reperisse: Permisit eadem facultas, ut praedictus liber typis excuderetur. Mussiponti XXI I. Maij. clo. lo. xcvi.

De mandato R. D. Rectoris.

Bague.

FACVLTA S SOCIETATIS IESV IN PRO- VINCIA FRANCIAE.

 GO Clemens Puteanus Praepositus Prouincialis Societatis Iesv in Prouincia Franciae potestate ad id mihi facta per R^{dm}. P. Claudium Aquauina Societatis nostrae Praepositum Generalem permitto, ut duo Tomi Commentariorum in quatuor Euangelistas IOANNIS MARDONATI Societatis nostrae Theologi, a doct. s. & grauius Societatis nostrae Theologiae diligenter examinati, & approbati typis exeudantur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro ob signatas dedimus. Mussiponti Cal. Septembr. An. D. clc. lo. xcvi.

Clemens Puteanus.



i

2

APPROBATIO FACULTATIS

IOANNIS MALDONATI SOCIETATIS IESU THEOLOGI COMMENTARII.

IN EVANGELIUM D. LUCÆ.

PRÆFATIO.



Lucas Antiochenus.

Lucas Medicus.

In comitiis.

Calvinus refidetur.

Lucas pater.

Vcam Antiochenum omnes veteres auctores faciunt, Eusebius libro 3, hist. Eccles. cap. 4. Hieron. in libro de scripto Eccles. c. 17. Dorothe. in Synop. lib. de script. Eccles. cap. 8. 4. Beda in præf. in Acta Apost. Occumen. Act. 1. Simeon Metaphr. in

cessum esse oportebat: Hebraicas vero literas lenius artigisse, eam fuisse causam, ut paulo elegantius, quã ceteri Evangelistæ, scribat Græcè. & scripturæ testimonia non ex Hebraicis fontibus, sed ex Septuaginta interpretum editione proferre soleat. Quod de Græci sermonis cognitione & stylo dicit, vere dictum patet: quod de literis Hebraicis, de que citatis ex Septuaginta scripturæ testimoniis nolim iudicare, quam verum sit. Per exiguum enim inter eum, & ceteros Evangelistas in ea re discrimen animaduerto.

An Christi discipulus fuerit, diuersas video veterum scriptorum esse sententias. Orig. dialogo 1. de re-cta in vnum Deum fide, Gregor. in præf. in Iob c. 1. & Simeon Metaphr. vnum ex septuaginta duobus Christi discipulis fuisse dicunt, quos præter Apostolos ad prædicandum Euangelium dimisit Luc. 10. 1. Iren. lib. 3. cap. 11. Tertull. lib. 4. contra Marc. Eusebius lib. 3. hist. Eccles. c. 4. Hieron. in scripto Eccles. c. 17. Dorothe. in Synop. Beda in præf. in Lucam, & Petrus Damian. in serm. quodam de sancto Luca negant. Itaq; Tertul. non Apostolum, sed Apostolicum virum vocat, quo nomine vocari solebat iij, qui quamuis Christum non audiissent, audiissent tamen Apostolos. Hoc probabilius non solum, quia plures id auctores affirmant, sed quia ipse etiã de se testatur. Cum enim dicit c. 1. *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, minime dubie significat se non vidisse, sed auditione ab iis, qui viderant, accepisse, quæ scripturæ erat. Idem ex ver. 3. si recte verba pensentur, colligi potest: *Vnum est, inquit, & mihi affectu omnia à principio diligenter ex ordine tibi scribere. Ascitutum enim se dicit omnia diligenter, id est, summa diligentia facta, dicta que Christi peruestigasse, ut illo loco docebitur, quod qui vidisset, minime fecisset. Neque argumentum quo quidam uti solent, mouet me de sententia. Ecclesia, inquit, cum eius festum agit diem, legit illud ex eodem Luca cap. 10. 1. *Post hæc autem designavit Dominus, & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus: quasi vnus ex illis Lucas fuerit. Solet enim Ecclesia, quæ de aliis dicta sunt, ad alios propter similitudinem aliquam accommodare. Quod apud eundem Lucam eodem capite ver. 42. scriptum est: *Maria optimam partem elegit, quis nescit de Mariæ sorore Lazari dictum esse: quæ Ecclesia ad B. Mariam Christi matrem in eius festis accommodat. Quod Matthæi 12. 46. 47. dicitur: *Ecce mater tua & fratres tui foris stant querentes te, de vera Christi matre, cuiusque*****

Lucas an ex septuaginta duobus discipulis fuerit.

cuius vita. Medicum fuisse arte iidẽ omnes auctores tradunt, ac præterea Chrysost. hom. 12. in epist. ad Col. Ambr. & Theophyl. ad Col. 4. 14. Non alio opinor argumento, quam quod eo loco dicit D. Paul. *Salutat vos Lucas medicus carissimus.* Quod et si Calvinus antiquitatis hostis, nouitatis amator, reflexe conatur: plus tamen tor tantorumque auctorum sententiis confirmatũ, quam, quo illud ipse refellit, apud homines paulo modestioris ingenij habet ponderis. Notior, inquit, erat Euangelista, quam ut opus fuerit tali indicatione, & splendore elogio fuisse insignitus. Certe coadiutorem suum, aut fidem saltem comitem, & certaminum participem vocasset. Ego vero contra, si Lucas ille, de quo Paulus loquebatur, Euangelista non erat, aliqua eum debuit certiore nota distinguere, non ita describere, ut omnis erraret antiquitas Euangelistam putans, qui medicus fuerit, arte longe diuersa. Titulo autem, quo alio insigniri meliore potuit, quam ut vnus inter multos, qui simul nominabantur, chaustissimus appellaretur? Quis enim illi charior, quam Lucas perpetuus eius comes, aut esse potuit, aut vocari debuit? Quis solus carissimus, nisi qui solus eum in summis periculis nõ deseruerat? 2. ad Tim. 4. 11. Timotheus adiutor etiam in Euangelium eius erat: at non semper coadiutor, non semper comitem, non semper eiusdem participem certaminis appellat: sed aliquando filium carissimum suum 1. Cor. 4. 17. titulo illi consimili, quem Lucæ tribuit, aliquando tantum Timotheum nullo adiuncto epitheto honoratiorè 1. Corin. 16. 10. & ad Hebræos 13. 23.

Pictorem etiam, scientia, ut at bitror, magis, quam professione vulgaris facit opinio, auctore nõ carens. Nam Simeon Metaphr. & Nicephorus lib. 2. c. 43. & lib. 16. c. 16. id affirmant.

Isidorus profelytum fuisse scribit, Græcis, & philosophicis eruditur litteris, qualem medicinam pro-

A